REVERENDISSIMO
AC
AMPLISSIMO
DOMINO DOMINO
SIGISMUNDO,
EXEMPTI ORDINIS CANONICORUM REGULARIUM SANCTI SPIRITUS DE ROMA IN SAXIA
PRÆLATO,
AC
HOSPITALIUM MEMMINGENSIS ET WIMPINENSIS
MAGISTRO,
NEC NON PRÆDICTI ORDINIS PER ALSATIAM ET GERMANIAM
VISITATORI
AC
VICARIO GENERALI &c.
DOMINO SUO PERQUAM GRATIOSO

REVERENDISSIME
ET
AMPLISSIME
DOMINE
PRÆLATE!
DOMINE PERQUAM GRATIOSE!

B*iernium abiit, à quo ex caſtris* DILINGENSIBUS *ad* PALATINA (*non ut turpis transfuga ; verùm ùt fidus explorator*) *tranſivi. Atque, eò me contuliſſe, etiamnum gaudeo.*

Tales

Tales enim in ampliſſimo (quod Heidelbergæ eſt) omnium diſciplinarum emporio inveni Archiſtrategas, queis fidem addixiſſe, perputuæ (ſic mihi blandior) erit gloriæ. Adeo benevolè, adeo ſuaviter, adeo me receperunt amicè ; ut, arcana quævis legalis ſcientiæ mihi patere, voluerint. Atque tanto, tamque ſingulari beneficio eò nunc ſum eluctatus; ut unanimi omnium ſuffragio ſupremâ dignus ſim judicatus laureâ. En REVERENDISSIME, & AMPLISSIME DOMINE! *ſtudiorum meorum, vitæque hìc transactæ rationem. Cæterùm*

terùm, qui ejusdem mecum ſunt conditionis, anxiè circumſpicere ſolent, theſes (quas vocant) inaugurales cui ſacras eſſe jubeant; ſed hanc, MECOENAS AMPLISSIME! *ſuſtuliſti ſolicitudinem: dum alterum, cui dicarem, non habeo ullum.* TU *enim ſolus venerandum mihi patrem foviſti, quin & auxiſti:* TU *ſolus, ſpe futuræ gratiæ, ſtudiorum mihi inſtillaſti amorem:* TU *ſolus eundem conſervaſti ardorem; ut, ſiquid in me ſit exercitationis, ejusfructus ad* TE, *ceu auctorem, meritò redeat.*

Quod

Quod reliquum eſt, ad DEUM, TER OPTIMUM, TERQUE MAXIMUM, *preces, quas poſſum, dirigam ardentiſſimas; ut Regimen* tuum *facile, ſuave, ac omni ex parte fortunatum reddat;* TE *verò, non niſi ſeriſſimè, ad cœleſtia vocet. Hæc ad ſuperos mittam vota; hisque immoriar*

REVERENDISSIMÆ
AC PERQUAM GRATIOSÆ
AMPLITUDINIS TUÆ

Cliens, ac Servus devotiſſimus
FRANCISC. MICHAEL JOSEPH. SCHöLLHORN.